

X 1860578



משניות מסכת

הנהרות

h. e.

Textus Talmudicus Tractatus
DE

STATUTIS,

Cum

VERSIONE LATINA ET ANNOTATIONIBUS,

quas

consensu

Amplissima Facult. Philosoph.

publice disputando tuebitur

M. CHRISTIANUS LUDOVICI,
ejusdem Facult. Assessor.


RESPONDENTE

GEORGIO CHRISTOPHORO Bogel/
Goldbergâ-Silesio.

Die XXIX. Augusti. A. O. R. c1816c XCVI;

H. L. Q. C.

LIPSIÆ, Literis Joh. Andr. Zschauens.



DE
TERTIUS IANUARIUS

STATUTIS

VERSIONE LATINA



M. CHRISTIANUS



GEORGIO

Die XIX. Augusti A. D. R. 1700

H. R. G.

Druck bey Joh. Ambros. Bachmann





משניות מסכת הוריות

פרק א.

מתניתא א. הורו בירת דין לעכור על אחת מכל
 מצוות האמורים בתורה והלך היחיד ועשה שונג על
 פיהם בין שעשו ועשה עמהן בין שעשו ועשה אחריהן בין
 שלא עשו ועשה פטור מפני שתלך בבית דין הורו בית
 דין וידע אחר מהן שטעו או תלמיד והיה ראוי להוראה
 והלך ועשה על פיהן בין שעשו ועשה עמהן בין שעשו
 ועשה אחריהן בין שלא עשו ועשה הרי זה חייב מפני שלא
 תלה בכירת דין זרה הכלל התולדה בעצמו חייב והתולה
 בבית דין פטור:

Mischna Tractatus de Statutis.

CAPUT I.

MISCHNA I. (Cum) statuerunt Synedrium (σύνεδροι,) licere transgredi unum aliquod e quibusvis præceptis relatis in lege; ivitque privatus, & fecit errans secundum verbum eorum, sive quod fecerint (ipsimet,) & (is) fecerit (una) cum illis; sive quod fecerint (ipsimet,) & (is) fecerit (demum) post ipsos; sive quod (ipsimet plane) non fecerint, (is tamen) fecerit; (tum est a culpa) exemptus: propterea quod pependit ex synedrio. (Cum) statuerunt synedrium (σύνεδροι, licere transgredi &c.) & intellexit unus sive ex ipsis (σύνεδροι,) quod erraverint; sive discipulus (candidatus iudicii,) dummodo habilis fuerit demonstrationi; (is) vero (iudex vel candidatus persuasus, esse obtemperandum synedrio, nihilominus) ivit & fecit secundum statutum eorum; sive quod ipsimet (σύνεδροι) fecerint, & (is una) cum ipsis; sive quod (ipsimet) fecerint, & (is) fecerit (demum) post ipsos, sive quod ipsimet non fecerint, (is tamen) fecerit, (perinde est;) ecce hic reus est: propterea quod non pependit

S

EX



ex synedrio. Hæc regula (hic obtinet:) pendens ex seipso reus (est
culpa, at pendens ex synedrio exemptus (est a culpa.)

מתניתא ב. הורו בר וידעו שטעו וחזרו בהן בין שהביאו
כפרתן ובין שלא הביאו כפרתן והלך ועשר על פיהן ר'
שמעון פוטר רבי אליעזר אומר ספיק איזהו ספק ישב לו בתוך
ביתו חייב הלך לו למדינת הים פטור אמ' ר' עקיבא
מורה אני בזה שהוה קרוב לפטור מן החובה אמר לו
בן עזאי מש"ז מן היושב בביתו שהיושי בביתו אפשר היה
לו שישמע וזה לא היה לו אפשר שישמע:

MISCHNA II. (Cum primo quidem) statuerunt synedrium
(σύνεδροι, postea) vero intellexerunt se errasse, adeoque revocaverunt
eadem (statuta; quicquid de cætero sit,) sive obtulerint (jamjam) suum
expiationis sacrificium, sive non obtulerint suum expiationis sacri-
ficium, (nihil refert;) & iv. t. privatus, & fecit secundum statuta eorum,
(tum eum) R. Schimeon absolvit; sed R. Elieser dicit: eum dubium
judicari. (Enim vero) quis nam est ille dubius? Qui confedit in do-
mo sua (is ille dubius est, atque adeo qua dubius) reus est; (at si) pro-
fectus fuit versus regionem maris, exemptus (est à reatu dubii sacri-
ficii.) Dixit R. Akibha, ego de illo quoque affirmo, qui in procinctu iti-
neris est, quod exemptus sit a reatu; cui opposuit se filius Asai (quæ-
rendo?) quatenus vero differt hic ab eo, qui confedit domi? (Re-
spondet R. Akibha eatenus) quod is, qui confedit domi, potuerit
percipere revocationem (annulationem statuti;) hic vero (qui in pro-
cinctu fuit,) non potuerit (eam) percipere.

מתניתא ג. הורו בורת דין לעקור ארץ כל הגוף אמרו
אין נדה בתורה אין שבת בתורה אין ע"ו בתורה הרי אלו
פטורין הורו לבטל מקצת ולקיים מקצת הרי אלו חייבין
כיצד אמרו יש נדה בתורה אבל הבא על שומרת יום
כנגד יום פטור יש שבת בתורה אבל המוצי' מרשות היחיד
לרשות רבים פטור יש ע"ו בתורה אבל המשחוחה פטור הרי
אלו חייבין שנאמר ונעלם דבר דבר ולא כל הגוף:

MISCHNA

MISCHNA III. (Cum) statuerunt synedrium (σύνεδροι
 ejusmodi decretum, quod tendit) ad evertendam totam substantiam
 (alicujus legis, e.g. cum) dixerunt: non esse menstruata in lege (fun-
 data h. e. doctrinam de menstruata destitui fundamento in scriptu-
 ra,) non esse schabbatum in lege, non esse idololatriam in lege; ecce
 tum sunt exempti (a culpa. Contra cum) statuerunt (statutum, quod
 tendit) ad abrogandum partem (legis,) & ad stabiliendum par-
 tem (legis,) ecce (tum) sunt rei. Quonam modo (hæc accipien-
 da sunt? Cum) dixerunt: est (equidem) menstruata in lege) fun-
 data;) sed congregiendi cum observante diem unum respectu alte-
 rius (h. e. cum menstruata) liber est: (item, cum dixerunt:)
 est (equidem) schabbatum in lege (fundatum;) sed producens
 (rem) e loco privato in locum publicum liber est; ecce tum sunt
 rei. Q. S. (E Levit. IV. 13. Et abdita fuerit רבר אִיְקוּד (legis,) &
 non הגוף כל tota substantia (legis.)

מתניתא ד. הורו בירת דין וידע אחר מהן שטעו ואמר
 להן טועין אתם או שלא היה מופלא של בירת דין שם
 או שהיה אחר מהן גר או נתון או זקן שלא ראה בניכם הרי
 אלו פטורין שנאמר כאן עדה ונאמר להלו עדה מה עדה
 האמורה להלן עד שיהיו כלם ראויין להוראה אף עדה
 האמורה כאן עד שיהיו כולן ראויין להוראה: הורו בירת דין
 שונגין ועשו כל הקהל שונגין מביאין פר מזדין ועשו שונגין
 מביאין כבשה ושעירה שונגין ועשו מזירים הרי אלו פטורין:

MISCHNA IV. (Cum) statuerunt synedrium (σύνεδροι;) cognovit vero unus es illis, quod erraverint, & dixit ipsis, vos erratis; (videlicet) quod vel non adfuerit excellentissimus synedrii (συνέδρω;) vel quod fuerit unus ex illis peregrinus (profelytus,) vel spu- rious, vel Netinæus, aut senex, qui non vidit (habuit) liberos; ecce (tum) liberi sunt. Q. D. E. hîc (Levit. IV. 13.) עדה cætus, & dictum fuit ibi (Num. XXXIV. 24.) עדה cætus. Quemadmodum ergo תּוֹ עדה eatenus (tantum) ibi dictum fuit, quatenus omnes sunt ha- habiles statuto (condendo;) similiter תּוֹ עדה eatenus (tantum) di-
 S 2 etum

etum est hic, quatenus sunt omnes habiles statuto condendo. (Cum) statuerunt synedrium (σύνεδροι) errantes, & fecerunt (secundum statutum hoc) omnis ecclesia (omnia ecclesiae membra) errantia; (tum offerunt juvencum; (cum statuerunt σύνεδροι) scientes & volentes, & fecerunt (omnia ecclesiae membra) errantia; offerunt agnam vel capram: (contra vero cum statuerunt σύνεδροι) errantes, & fecerunt (secundum statutum illud omnia ecclesiae membra) scientia & volentia, ecce (tum) hæc & illi eximuntur (a culpa.)

מתניתא ה. הורו בירת דין ועשו כרל הקהל או רובן על פיהם מביאין פר ובעבודה זרה פביאין פר ושעיר דברו ר' מאיר ר' יהודה אומר שנים עשר שבטים מביאים שנים עשר פרים ובעבודה זרה מביאין שני עשר פרים ושני עשר שעירים ר' שמעון אומר יג פרים ובעבודה זרה שלשה עשר פרים ושלושה עשר שעירים פר ושעיר לכל שבת ושבת פר ושעיר לבירת דין הורו בירת דין ועשו ז' שבטים או רובן על פיהן מביאין ובעבודה זרה מביאין ושעיר דברו ר' מאיר ר' יהודה אומר ז' שבטים שחטאו מביאין ז' פרים ושאר שבטים שלא חטאו מביאין על יריהן פר שאף אלו שלח חטאו מביאין על ידי חוטאין ר' שמעון אומר ח' פרים ובעבודה זרה ח' פרים וח' שעירים פר ושעיר לכל שבת ושבת ופר ושעיר לכר הורו בירת דין של אחר מן השבטים ועשה אותו השבת על פיהם אותו השבת הוזה חייב ושאר כל השבטים פטורים דברו ר' יהודה וחכמים אומרים אין חייבין אלא על הוריות בר הגדול כלכר שנאמר ואם כל עדת ישראל ישגו ולא עדת אותו השבת:

MISCHNA V. (Cum) statuerunt synedrium (σύνεδροι) & fecerunt omnis ecclesia (omnia ecclesiae membra,) aut maxima pars eorum secundum statutum illorum, (tum) offerunt juvencum (pro pecca-

peccato in aliis præceptis;) sed in idololatria offerunt juvencum & hircum; sunt verba R. Meir. R. Jehuda ait: Duodecim tribus offerunt duodecim hircos (pro peccato in aliis præceptis;) sed in idololatria offerunt duodecim juvencos & duodecim hircos: R. Schimon ait: tredecim juvencos (pro peccato in aliis præceptis;) sed in idololatria (pro peccato in præcepta de idololatria) tredecim juvencos & tredecim hircos: juvencum & hircum pro qualibet tribu, juvencum & hircum pro synedrio. (Cum) statuerunt synedrium (*σύνεδροι*;) & fecerunt septem tribus, aut maxima pars (populi) secundum statutum illorum, offerunt juvencum & hircum; sunt verba R. Meir. R. Jehuda ait: Septem tribus, quæ peccaverunt, offerunt septem juvencos; reliquæ vero tribus, quæ non peccaverunt, offerunt pro illis (peccantibus) juvencum. Nam etiam si non peccaverunt (reliquæ,) offerunt (tamen) propter peccatrices. R. Schimon ait, octo juvencos, sed in idololatria (pro peccato in præceptum de idololatria) octo juvencos & octo hircos; juvencum & hircum pro una quaque tribu; juvencum & hircum pro synedrio. (Cum) statuerunt synedrium (*σύνεδροι*) unius de tribubus; & fecerit ea tribus secundum decretum eorum; ea tribus (tantum) rea est; reliquæ vero tribus omnes liberae sunt: sunt verba R. Jehudæ. Sed sapientes dicant: non rea fiunt nisi propter statutum synedrii magni solum. Q. D. E. (Levit. IV. 13.) & si *omnis cætus ISRAEL erraverit*; non vero (dictum est;) *cætus ILLIUS TRIBUS.*

פרק ב.

מתנות א. הורה כוהן משיח לעצמו שוגג ועשרה שוגג
מביא פר שוגג ועשה מזיד מזיד ועשה שוגג פטור שהורה' כהן
משיח לעצמו כהוראה בירת דין לציבור:

CAPUT II.

MISCHNA I. (Cum statutum) statuit sacerdos unctus sibi ipsi, (idque) errans, & fecit (etiam secundum statutum illud) errans: offert juvencum: (cum statuit sacerdos unctus sibi ipsi) errans, fecit vero (secundum statutum illud) sciens & volens; (contra cum statuit sacerdos unctus sibi ipsi) sciens & volens; fecit vero (secundum statu-

statutum illud) errans, (cum) liber est. Quia statutum sacerdotis summi sibi ipsi (conditum) est sicut statutum synedrii ecclesiae (conditum.)

מתניתא ב. חורה בפני עצמו ועשרה בפני עצמו מתכפר לו בפני עצמו חורה עם הצבור ועשה עם הצבור מתכפר לו עם הצבור שאין בירה דין חייבין עד שיורו לבטל מקצת ולקיים מקצת וכן המשוח ולא בעו עד שיורו לבטל מקצת ולקיים מקצת:

MISCHNA II. Cum statuit (statutum sacerdos summus) solus, & fecit (etiam secundum statutum illud) solus; expiat se quoque solum: (Cum statutum) statuit (una) cum ecclesia; & fecit (etiam secundum statutum illud una) cum ecclesia; expiat se quoque (una) cum ecclesia. Quia synedrium ($\sigma\upsilon\nu\epsilon\delta\rho\omicron\iota$) non sunt rei, usque dum statuerunt abrogandam esse partem (legis) & stabiliendam esse partem (legis;) & sic unctus (sacerdos) non est reus; nisi usque dum &c.) imo ne quidem (propter peccatum) in idololatria (in præceptum de idololatria rei sunt $\sigma\upsilon\nu\epsilon\delta\rho\omicron\iota$,) usque dum statuerunt, abrogandam esse partem (legis,) & stabiliendam esse partem (legis.)

מתניתא ג. אין חייבין אלא על העלם דבר עם שגגת המעשה וכן המשוח ולא בעבודה זרה חייבין אלא על העלם דבר עם שגגת המעשה אין בירה דין חייבין עד שיורו ברבר שזונו כרת ושגגתו חטאה וכן המשוח ולא בעבודה זרה עד שיורו על דבר שזונו כרת ושגגתו חטאה:

MISCHNA III. Non sunt rei nisi propter ignorantiam rei (juris ex parte synedrii statuentis, conjunctam) cum errore facti (ex parte ecclesiae secundum statutum facientis.) Et sic unctus (non est reus nisi ob ignorantiam juris in statuendo, conjunctam cum errore facti dum ipse secundum statutum suum agit.) ne quidem in idololatria (ob peccatum in præcepta de idololatria commissum) rei sunt, nisi

nisi propter ignorantiam rei (juris ex parte synedrii statuentis, conjunctam) cum errore facti (ex parte ecclesiae secundum statutum synedrii agentis.) Non rei fiunt synedrium (σύνεδριον) prius quam statuerunt in re, ubi transgressio ex proæresi poena excidii, sed transgressio ex errore sacrificio offerendo pro peccato luitur. Et sic unctus (non reus est, priusquam statuit statutum in re, ubi transgressio ex proæresi poena excidii, sed transgressio ex errore sacrificio offerendo pro peccato luitur.) Ne quidem in idololatria (ob peccatum commissum in præcepta de idololatria rei fiunt,) usque dum statuerunt (statutum) de re, ubi transgressio ex proæresi poena excidii, sed transgressio ex errore sacrificio offerendo pro peccato luitur.

מתניתא ד. אין חייבין על עשרה ועל ליל תעשרה
 שבמקדש ואין טבואין אשם תלוי על עשרה ועל לא תעשה
 שבמקדש אבל חייבין על עשרה ועל ליל תעשה שבכנרת
 ומבואים אשם תלוי על עשה ועל ליל תעשרה שבכנרת
 איזו הייל מצות עשה שבכנרת פרוש מן הנרה ומצונו לא
 תעשה לא תבוא אל הנרה:

MISCHNA IV. Non rei fiunt nisi propter præcepta affirmativa, & propter præcepta negativa, quæ (data sunt) de sanctuario: neque offerunt sacrificium pro reatu dubium propter præcepta affirmativa & propter præcepta negativa, quæ (data sunt) de sanctuario. Sed rei fiunt propter præcepta affirmativa & propter præcepta negativa, quæ (data sunt) de menstruata; & offerunt sacrificium pro reatu dubium propter præcepta affirmativa & propter præcepta negativa, quæ (data sunt) de menstruata. Quodnam (vero) est illud præceptum affirmativum, quod (datum est) de menstruata? separate (in coitu) a muliere menstruata: sed præceptum negativum est: non venito ad menstruatam.

מתניתא ה. אין חייבין על שמיערת הקול ועל ביטוי
 שפתים ועל טומאת מקדש וקרשיו והנשיא כיוצא בהם
 דברי

דברי רבי יוסי הגלילי ד' עקיבא אומר הנשיא חייב בכולן
חוץ משמיע' הקול שהמלך לא הן ולא דנים אותו.

MISCHNA V. Non rei sunt propter perceptionem vocis
(blasphemæ Levit. V, 1.) neque propter immunditiam (in causa) san-
ctuarii & rerum sanctarum; & princeps (hac in parte) iis similis est;
sunt verba R. Jose Galilæi. Sed R. Akibha ait, princeps reus est in iis
omnibus excepta perceptione vocis; quia Rex neque alios judicat,
neque alii judicant eum.

מתניתא ז'. כל המצור שבתורה שחייבין על זרונן כרת
ועל שנגתן חטאת היחיד מביא כשבה ושעורה והנשיא
שעיר ומשיח ובר' מביאים פר ובעז' היחיד והנשיא והמשיח
מביאין שעורה ובית דין פר ושעיר פר לעולה ושעיר לחטאת:

MISCHNA VI. (Quod attinet ad) omnia præcepta, quæ in
lege sunt, quorum transgressio ex errore proveniens sacrificio offeren-
do pro peccato luitur; privatus offert agnam vel capram, & princeps
(offert) hircum. Unctus vero & synedrium (*σύνεδροι*) offerunt ju-
vencum. (In specie) in idololatria (propter peccatum commissum
in præcepta de idololatria) privatus & Princeps & Unctus offerunt ca-
pram, sed synedrium (*σύνεδροι*) offerunt juvenicum & hircum: ju-
vencum (quidem) in holocaustum, hircum vero in sacrificium offe-
rendum pro peccato.

מתניתא ז'. אשם תלוי היחיד והנשיא חייבין ומשיח
ובית דין פטורין אשם וראי היחיד והנשיא והמשיח חייבין
וכירין דין פטורין על שמיערת הקול ועל ביטוי שפתים
על טומאת מקדש וקדשיו כירין דין פטורין והיחיד והנשיא
והמשיח חייבין אלא שאין כהן גדול חייב על טומאת מקדש
וקדשיו דברי רבי שמוען ומה הן מביאין קרבן עולה ויורד רבי
אליגור אומר הנשיא מביא שעיר:

MISCHNA VII. Quod attinet ad reatum dubium, privatus
& Prin-

& Princeps rei sunt. (Quod attinet) reatum manifestum, privatus & Princeps & Unctus rei sunt, sed synedrium (σύνεδροι) liberi sunt. Propter perceptionem vocis (blasphemæ,) & propter futilitatem labiorum, & propter immunditiam (respectu) sanctuarii & rerum sanctarum ejus, synedrium (σύνεδροι) liberi sunt, sed privatus & Princeps & Unctus rei sunt; nisi quod non sacerdos maximus reus sit propter immunditiam (respectu) sanctuarii & rerum sanctarum ejus: sunt verba R. Schimeon. Quid vero offerunt? oblationem ascendentem & descendentem. R. Elieser ait: Princeps offert hircum.

פרק ג.

מתניתא א. כהן משיח שחטא ואחכ עבר ממשיחותו
 וכן נשיא שחטא ואחכ עבר מגדולתו כהן משיח מביא פר
 וחנשיא מביא שעיר;

CAP. III.

MISCHNA I. (Quod attinet) Sacerdotem unctum, qui peccavit (in sacerdotio adhuc constitutus,) & postea abiit sacerdotio suo: & sic (quod attinet principem, qui peccavit (in principatu suo adhuc constitutus,) & postea abiit principatu suo; Sacerdos unctus (quidem) offert juvenicum; sed Princeps offert hircum.

מתניתא ב. כהן משיח שעבר ממשיחותו ואחכ חטא
 וכן הנשיא שעבר מגדולתו ואחכ חטא כהן משיחו מביא
 פר והנשיא כהריוט;

MISCHNA II. (Quod attinet) sacerdotem unctum, qui abiit sacerdotio suo, & postea peccavit; & sic (quod attinet) Principem, qui abiit principatu & postea peccavit, Sacerdos unctus (quidem) offert juvenicum; sed Princeps est sicuti idiota.

מתניתא ג. חטאו ער שלא נתמנו ואחכ נתמנו הרי
 אלו כהריוט רבי שמעון אומ' אב נודע להם ער שלג
 נתמנו

כתמנו חייבין ומשנתמנו פטורין ואיזהו הנשיא זה המלך
שנ' ועשרה אחת מכל מצות ה' אלהיו נשיא שאין על
גביו אלא ה' אלהיו.

MISCHNA III. (Cum) peccaverunt, quando nondum (offi-
cio) præfecti fuerunt, postea vero præfecti fuerunt, ecce (tum) sunt
instar idiotæ. R. Schimon ait: si innotuit ipsis, antequam præfecti
fuerunt, rei sunt; (quod si) vero (innotuit ipsis) ab eo tempore quo
præfecti fuerunt, liberi sunt. Quisnam vero est Princeps hic? (Re-
spondetur) Rex. Quia dictum fuit: (Levit. IV. 22.) & fecerit præter
unum ex omnibus præceptis DOMINI DEI SUI. Ergo talis
Princeps est, qui non supra se habet alium, nisi Dominum Deum
suum, (isque Rex est.)

מתניתא ד. ואיזהו המשיח המשיח בשמן המשחה לא
המרוכבה בגדים אין בין כהן המשיח בשמן המשחה
למרוכה בגדים אלא פר הבנה על כל המצורח ואין בין
כהן משמש לכהן שעבר אלה פר יום כפורים ועשירי
האיפורה זה זורה שוין בעבורה יח ומצווין על הבתולה
ואסורין על האלמנה ואינו משמאין בקרוביהן ולא פורמין
ומחזירין הרוצח:

MISCHNA IV. Quisnam vero est Unctus? est (sacer-
dos summus,) qui unctus est oleo unctionis; non est (sacerdos sum-
mus) qui multiplicatus est in vestibus (vestibus initiatus ad sacerdo-
tium.) Non est differentia inter (sacerdotem summum,) qui multis
vestibus indutus est, nisi (qua) juvencum, qui venit propter (trans-
gressionem) cujuscunque præcepti; neque est differentia inter sacerdo-
tem servientem (officio sacerdotali fungentem,) & inter sacerdotem,
qui abiit (sacerdotio suo,) nisi (qua) juvencum (offerendum) die
expiationum atque decimam partem ephæ: hic & ille æquales sunt in
ministerio die expiationum, & jussi sunt ducere virginem in uxorem,
& prohibiti ducere viduam, & non polluuntur propinquitate sua, neque
etc.

retegunt caput, neque discindunt (vestimenta eo modo, quo alii solent,) & restituant occisorem (morte sua.)

מתניתא ה. כהן גדול פורם מלמטה וההדיוט מלמעלה
כהן גדול מקריב אונן ולא אוכל וההדיוט לא מקריב
לא אוכל.

MISCHNA V. Sacerdos summus discindit in parte inferiore (alæ vestes) sed idiota in parte superiore (alæ;) Sacerdos summus offert sacrificium lugens (in luctu constitutus,) non vero edit; sed idiota, (qui non est summus sacerdos,) neque offert neque edit.

מתניתא ו. כל התדיר מחבירו קורם ארס חבירו וכל
המקודש מחבירו קורם את חבירו פר המשיח ופר העדוה
עומדים פר המשיח קורם לפר הערה בכל מעשיו.

MISCHNA VI. Quicquid magis jure est altero, anteit alteri:
& quicquid sanctius est altero, anteit alteri: juvenco Uncti & juvenco
coetus stantibus, (ut immolentur,) juvencus Uncti anteit juvenco
coetus.

מתניתא ז. האיש קורם לאשה להחינת ולהשב אברה
והאשה קודמת לאיש לכסות ולהוציאה מבית השבי בזמן
ששניהם עומדים לקלקלה האיש קורם לאשה:

MISCHNA VII. Vir anteit mulieri ad conservandum &
amissum restituendum: sed contra mulier anteit viro qua tegumentum
& educationem ejus e captivitate: tum temporis, quando ambo sunt (per
concubitum) corrumpendi, vir anteit mulieri.

מתניתא ח. כהן קורם ללוי לוי לישראל וישראל לממזר
וממזר לנתין ונתין לגר וגר לעבר משוחרר אימתי בזמן שכולן
שוין אבל אם היה ממזר תלמיד חכם וכ"ג עם הארץ ממזר
תלמיד חכם קורם לכ"ג עם הארץ:
נשלמה מסכת הוריות

MISCHNA VIII. Sacerdos anteit Levitæ, Levita Israeli, Israel spurio, & spurio Netinæo, & Netinæus profelyto, & profelytus servo manumisso. Quousque? Usque dum omnes (cæteroqui) æquales sunt. Nam alias, si spurio fuerit discipulus sapientum, sacerdos summus vero e populo terræ, tum spurio, qui discipulus sapientum est, anteit Sacerdoti summo ex populo terræ.

ANNOTATIONES

in

CAP. I.

MISCHNA I. *Annotatio* (1.) הוריות *doctrina, sententia, statuta*; a singulari הוראה, in plurali abjecto ה, & ה, mutato in ו (uti e. g. in פרשות a פרשה) fit הוריות a radice ירה. Usurpatur in præfenti tractatu de statutis tum synedrii & integri collegii, tum de statutis summi sacerdotis ceu unius personæ. (2.) הורו *statuerunt*: concise ommissa particula אם si, לאחר postquam aut alia: sensus est: cum vel postquam statuerunt. Similis locutio concisa est Jud. XIX. v. 17. באו שמה & venerunt eò, h. e. postquam eo venerunt. (3.) בית דין *domus iudicii, iudicium, synedrium*; idque magnum & universale, non particulare alicujus tribus. 4. לעבור *licitum esse transgredi*, puta ejusmodi præceptum, cujus transgressio ex proæresi facta punitur excidio. (5.) על פיהם *secundum statutum eorum*, auff ihr Wort und Verantwortung. (6.) פטור *exemptus est a culpa & reatu sacrificii offerendi alias pro culpa expianda*, secundum R. Judam. Sapientes tamen eum declarant reum ex hoc fundamento, quod nullus liber sit, nisi vel maxima pars Israelitarum, vel maxima pars tribuum secundum decretum synedrii fecerit, isque adeo una cum illis. (7.) תלמיד או *aut candidatus synedrii, quippe qui affidebant iudicibus*. Insignis ea de re locus est Tract. Sanhedr. c. 4. m. 4. ג' שוררות של ת"ח יושבין לפניו כל אחר ואחר מכיר את מקומו היו צריכים לסמוך סומכין מן הראשונה א' מן השנייה ב' לו לראשונה ואחר מן השלישית בא לו לשנייה וכורדיו להן עוד אחר מן הקהל ומושיבין אותו בשלישית ולא הורה יושב

יושב במקומו של ראשון אלנה יושב במקום ראוי לו:
Tres (latina sunt Cocceji,) ordines candidatorum coram illis sedebant. Horum quisque suum servabat locum. Si quem promoveri necessitas exigeret, ex primo ordine is capiebatur. Tum primus secundi ordinis in primum ascendebat, ex tertio idem in secundum; denique ex cœtu delictus aliquis in tertio ordine non quidem in loco primi, sed sibi conveniente collocabatur. (8.) וְהָיָה וְעָשָׂה & ivit & fecit, est idiotismus linguæ Hebrææ, sensus est: & facere sustinuit. (9) Ecce hic reus est, propterea quod non pependit ex synedrio: Quamvis enim ex proæresi fecisse videatur, (novit enim quod erraverint, & nihilofecius fecit secundum statutum illorum,) is vero, qui ex proæresi peccat, non offerat oblationem, nihilofecius dicunt sapientes in gemara, quod erraverit; quandoquidem putavit, sibi incumbere synedrio parere etiam in iis, de quibus sibi constat, quod erraverit. Bartenora in h. l. (10.) Hæc regula est &c. excipe ab hac regula illum, qui detrectavit facere secundum statutum synedrii, h. e. qui nunquam statutum synedrii fecit, propterea quod synedrium statuit, sed quod sibi ita visum fuit hoc vel illud esse licitum. Hic quamvis secundum statutum synedrii fecit, non tamen pependit ex synedrio, atque adeo reus est.

MISCHNA II. *Annotatio (1.) absolvit eum, qui fecit, ab oblatione, quandoquidem fuit statutum, quod innotuit maximæ parti ecclesiæ, atque is cum maxima parte secundum illud fecit. (2.) Sed R. Elieser &c. quoniam interrogare debebat omni tempore de rebus a synedrio aliter constitutis, non tamen interrogavit, ecce ejusmodi homo est instar illius, qui dubitat, utrum peccaverit, vel non peccaverit, atque offert sacrificium reatus sic dictum dubium. Decisio est secundum R. Elieser. (3.) Dixit R. Akibha &c. Controversia inter R. Akibham & inter filium Afai est de eo, qui in procinctu est ad iter faciendum, nondum tamen iter facit. Ubi R. Akibha persuasus est, eum propterea quod occupatus sit in parandis iis, quæ necessaria sunt ad iter, non potuisse interrogare, & perinde esse, ac si jam jam in provincia maritima esset. Sed filius Afai dicit: eum, quandoquidem in urbe adhuc est, nihil differre ab eo, qui in domo sua confidet. Et decisio est secundum R. Akibha. (4.) שְׂהוּא קְרוּב לַפְּטוּר qui in pro-*

T 3

cinctu

einſtu eſt ad iter faciendum. Vox קרוב ſefe (uti primo intuitu videtur,) non refert ad לפטור, ut ſenſus ſit; quod prope ſit abſolvendus, ſed ad הלך.

MISCHNA III. *Annotatio* (1.) Qua miſchnam hanc in genere notes, quod ſynedrium non fiat reum oblationis, & quod facientes ſecundum ſtatutum ſynedrii, liberi ſint, uſque dum illa res, in qua erravit, fuerit talis res, de qua Sadducei non conſentiunt. Nam ſi fuerit adeo manifeſta, ut conſentiant in ea Sadducei, ſynedrium liberum eſt; quoniam non poteſt appellari error, ſed eſt oblivio. (2.) *Ecce tum ſunt exempti*: quia ſcriptum eſt (Levit. IV. 13.) & abdita fuerit רבב res. lege: & abdita fuerit מרבב de re, pars rei, & non tota res. (3.) *Sed congregiendi cum obſervante diem unum reſpectu alterius*: reſpicitur ad Levit. XV. 28. *quum autem mundabitur a profluvio ſuo, numeratis ſibi ſeptem diebus poſtea mundabitur.* Senſus proinde eſt: congregiendi eum ea, quæ numerat ſeptem dies, ut Deus præcepit in lege. h. e. cum muliere menſtruis laborante. (4.) *Producens e loco publico &c.* ſi dicant σὺνεδροι, is tantum, qui producit, (המוציא) reus eſt; quia dictum fuit Exod. XVI. 29. *ne exeat nullus (איש) e loco ſuo die ſeptimo.* Quod ſi vero quis porrigat aut jaciat, eum non eſſe reum. (5.) *Qui incurvat ſe, liber eſt*: nam dicunt quod tantum illa incurvatio & adoratio, quæ fit expandendo manus & pedes, prohibita ſit; quia ſcriptum eſt Exod. XXXIV. 14. *Non incurvabis temet Deo alii.* Illa vero, quæ non eſt conjuncta cum expansione manuum & pedum, licita eſt. (6.) *Excellentiſſimus ſynedrii*: Muphla ſynedrii caput eſt & Præſes; ſenſus eſt, quamvis numerus σὺνεδρων plenus fuit h. e. quamvis fuerunt ſeptuaginta & unus σὺνεδροι, defuit vero Præſes, ſtatutum firmum non eſt. De numero σὺνεδρων conſulenda eſt miſchna 6. c. 1. Tract. Sanhedrin: ubi hæc leguntur: Synedrium magnum conſtitit e ſeptuaginta & uno iudicibus: minus conſtitit tribus & viginti. Unde conſtat LXXI. fuiſſe iſtius ſynedrii iudices? Ex eo, quod dicitur Num. XI. v. 16. *congrega mihi ſeptuaginta viros e ſenioribus Iſraelis.* His Moſes junctus erat, en tibi LXXI. Attamen R. Juda ait, ſeptuaginta fuiſſe. Unde autem conſtat, minus habuiſſe XXIII? Ex illo: & iudicabunt cœtus &c. & eripient cœtus Num. XXXV. 24. Cœtus iudicat, cœtus eripit. Habes vicenos. Qui vero probatur

tur, coetum esse decem hominum? Ex illo: *Quousque coetui huic multo-
tioso* &c. Num. XIV. 27. Semove Josuam & Calebum. At quæ ratio est
adjungendi insuper ternos? Ex illo, quod intelligendum datur in isto:
Ne sequaris plura ad mala Exod. XXIII. 2. Subaudio esse mihi hos
sequendos in bonum. Si ita est, quare amplius additur: *post plures in-
clinando*? Non similiter ut in bonum, ita in malum inclinatio est fa-
cienda. In bonum vel ex unius sententia pronunciare licet: in ma-
lum non, nisi si duorum suffragia præponderent. Jam confessus judi-
cum non est, ut parili constet numero. Ergo his unus insuper additur.
Habet XXIII. Quot incolas urbis esse oportet, ut synedrio digna sit?
CXX. R. Nehemias: CCXXX. ut numero decurionibus respondeant.
Ita vertit Coccej. (7.) *Aut quod fuerit unus ex illis profelytus* &c.
Quoniam omnes, qui hic memorantur, inhabiles sunt statutis conden-
dis, adeoque excludendi. Q. S. E. Num. XI. 16. *Ut sistant se ibi te-
cum* h. e. tui similes, nobiles, ut tu es. (8.) *Et senex, qui nullos genuit
liberos*: non est habilis judiciis capitalibus, siquidem is futurus esset
crudelis, & non miseretur filiorum hominum, propterea quod nihil
de charitate filiorum sciat. Jam vero requirunt sapientes consensum
& vota omnium in conficiendo statuto. Q. S. E. Lev. IV. *Et si totus
coetus Israelis erraverit*. Hinc si crudelis dissentiret, statutum non
posset condi. (9.) *Cum σὺνεδροὶ ex proæresi statuerunt, & ecclesia* &c.
offerunt agnam & capram: sensus est, quando iudices intellexerunt
quod res prohibita sit; & nihilominus pro licita habuerunt, tum liberi
sunt ab oblatione ecclesiæ, quia is, qui ex proæresi agit, non offert sa-
crificium. At facientes ex errore secundum statutum illud, offerunt a-
gnam aut capram in sacrificium pro peccato privati. (10) *Cum σὺνεδροὶ
statuerunt ex errore, & ecclesia* (membra ecclesiæ) fecerunt &c. hæc &
illi eximuntur. Iudices eximuntur, nam membra ecclesiæ non fecerunt
secundum verbum illorum, auf ihr Wort / & non pependerunt ex
synedrio in actionibus suis; quoniam sciverunt, quod synedrium er-
raverit. Facientes liberi sunt propterea, quia ex proæresi fecerunt;
atqui is, qui ex proæresi agit, non est reus oblationis.

MISCHNA V. *Annotatio.* (1) *offerunt juvencum*: de quo Levit.
IV. 14. *Et offeret ecclesia juvencum.* (2) *& in idololatria*: opponitur
præceptum de vitanda idololatria reliquis triginta & uni quorum te-
mera-

meraria transgressio excidio, erronea vero sacrificio offerendo pro peccato luitur. Coeterum sensus est: (cum) statuerunt statutum, quo d tendit ad absolutionem in causa vitandæ idololatriæ, offerunt juven- cum & hircum, de quo dictum fuit Num. XV. 22. *Et si erraveritis neq̄s feceritis omnia præcepta illa &c. v. 24. tum erit, si non animadvertente ipso coetu commissum est illud per errorem, ut parent totus ille coetus ju- vencum subrumum unum in holocaustum in odorem gratum Jehovæ, & munus libamenque ejus pro ratione ejus: præterea hircum lactentem u- num in peccatum.* Conf. Barten. in h. l. (3) Rabbi Juda ait duodecim &c. putavit enim R. Juda, quod una quæque tribus seorsim appelle- tur קהל ecclesia in loco allegato Levit. IV. 14. & offeret ecclesia (קהל) juven- cum. Ratio ejus desumpta fuit e Jud. XX. 2. & stetit Jehosaphat in in ecclesia (בקהל) Jude. Hinc cum 12. fuerunt tribus, dixit duodecim quoque esse ecclesias, & consequenter duodecim juven- cos offerendos. (4) Rabbi Schimeon dicit tredecim: putavit R. Schimon, quod syne- drium peccans in statuto, non expietur per juven- cos & hircos tribuum, sed obligatum esse, ut offerat peculiarem juven- cum & hircum in expia- tionis sacrificium. (5) *Aut maxima pars &c.* quamvis v. g. sit tantum una & altera tribus, modo numero hominum reliquas tribus superet. (6) *octo juven- cos:* putavit R. Schimeon eas tribus, quæ non peccassent, non offerre pro peccantibus sacrificium. Sed decisio est sec. R. Ju- dam. (7) *Et fecerit illa tribus &c.* sensus est, si illa tribus sola fecerit, neque ea constituat maximam partem Israelitarum. Decisio est secun- dum sapientes.

ANNOTATIONES.

in

CAPUT II.

MISCHNA I. Annotatio. *Cum Statuit sacerdos &c.* sensus est, eum sibi soli permittit rem cujus voluntaria transgressio pœna excidii luitur, & facit eam ipse & solus, quod etiam expiet semet ipsum & so- lum. Respicit mischna ad Levit. c. IV. v. 3. *Si sacerdos ille, qui un- ctus est, peccaverit in reatum populi: tum offerat propter peccatum su- um, quo peccavit, juven- cum subrumum integrum Jehovæ, in peccatum.* Hic juven- cus appellatur juven- cus, qui offertur propter quodlibet præceptum violatum.

MISCHNA

MISCHNA II. *Annotatio* (1.) *expiat semet solum*: solus tenetur offerre juvencum. (2.) *Cum statuit (statutus) cum ecclesia*: videlicet cum fuit unus e synedris qui erraverunt. (3.) *Expiat se cum ecclesia*: per illum juvencum de quo Levit. IV. *Quod si totus coetus filiorum Israel erraverit & abdita sit res ab oculis ipsius ecclesie &c.* neque sacerdos unctus opus habet aliud sacrificium offerre. Nam quamvis sacerdos unctus die expiationis cum ecclesia haud quaquam semet expiat, verum peculiariter, quemadmodum dictum est Levit. XVI. 11. *Quum autem offerens Aharon juvencum illum peccati, qui erit pro se, expiationem faciet pro se & familia sua: jugulabit &c.* alias tamen cum ecclesia sese expiat. (4) *Quia synedri non rei fiunt &c.* sensus est: justum est, ut sacerdos unctus expiatur una cum ecclesia, & non solus; quoniam synedrium non reum fit usque dum statuit &c. atqui sacerdos unctus æquiparatur synedrio, ergo & eadem jura cum synedrio habet. (5) *Ne quidem in idololatria &c.* Nam de reliquis præceptis dicitur Levit. IV. 13. *& abdita sit res מְעִיבָה ab oculis ipsius.* Et de idololatria dicitur Num. XV. 24. *Tum erit, si non animadvertente (מְעִיבָה) ipso coetu factum fuerit &c.* Quemadmodum igitur in aliis præceptis se res habet, ut rei sint iudices, si occultetur aliquid, non tota substantia; ita quoque in præcepto de idololatria.

MISCHNA III. *Annotatio.* (1) *nisi propter ignorantiam juris conjunctam cum errore facti.* Ratio petitur e Levit. IV v. 13. si erraverint (מְעִיבָה) & abdita sit res נֶעְלָם רָכֹרֶךְ. Ecce, inquit, cum errorem facti, tum ignorantiam juris. (2.) *Et sic sacerdos: quia S. E. Levit. IV. v. 3. quum sacerdos unctus peccaverit in (secundum) reatum populi (מִשְׁמַחַת עַם) tum &c.* quod docet, sacerdotem esse instar populi. (2.) *In re, cujus transgressio e proæresi facta &c.* Omnia excidia, quorum in lege mentio fit, sunt 36. & in omnibus, si transgressio ex errore provenerit, rei fiunt transgressores sacrificii offerendi pro peccato, exceptis quinq; inter illa, in quibus non rei fiunt sacrificii; puta (1) præceptum de circumcissione, & (2) de sacrificio paschatos; quoniam enim sunt præcepta affirmativa, non rei fiunt sacrificii peccantes ex errore, quamvis ex proæresi peccantes rei fiant excidia. Nam de sacrificio offerendo pro peccato dicitur: *fecerintq; aliquid præter illum præceptorum Jehovæ, eorum que non sunt facienda.* Levit.

IV. r 3. (3) præceptum de blasphemante; propterea quod in eo nul-
lum opus est; atqui scriptura dicit de sacrificio offerendo pro peccato:
lex eadem esto vobis pro committente (וישילח) peccatum per errorem.
Num. XV. 29. (4) præceptum de immunditie sanctuarii, & (5) rerum
sanctarum ejus. Offerunt tamen oblationem ascendentem & descen-
dentem, cujus mentio facta est in sectione נקרי, id est oblationem non
fixam.

MISCHNA IV. *Annotatio.* (1) *Non rei sunt propter peccata in
præcepta affirmativa:* Sensus est, quando statuerunt synedri de præ-
ceptis affirmativis illis, quæ pertinent ad sanctuarium, non fiunt rei, si
vel maxime erraverint, quale est quod pollutus in sanctuario egredi
debeat בקצרה per angustam, ni velit semet excidii reum facere. (2.)
Et propter peccata in præcepta negativa: Quale est, ne ingrediatur
quispiam sanctuarium in immunditie sua. (3) *Neq; offerunt sacrificium
pro reatu dubium:* Hypothesis est, quod propter omne præceptum,
cujus voluntaria transgressio excidio, erronea vero sacrificio offeren-
do pro peccato luitur, rei fiant sacrificii offerendi pro reatu dubio, si
non innotuerit ipsis. Rationem hujus petunt ex eo quod dictum fuit:
Levit. IV. *Quod si unus quispiam peccaverit per errorem ex vulgo, fa-
ciendo aliquid præter mandata Jehovæ eorum, quæ non facienda sunt, &
nesciat (verba ורע ורע & nesciat, Rambam per periphrasim inseruit
scripturæ,) ita ut sit reus.*

(4) *Quodnam est illud præceptum affirmativum, quod de Nid-
da est? separa te a Nidda:* videlicet, quando concumbit vir
cum munda, ipsa vero in ipso coitu ait, polluta sum nunc postquam con-
cubui, præceptum est ei, ut se ab ea separet, non tamen e vestigio semet
separet, quando egressus ipsi æque jucundus est, uti ingressus ejus; sed
ut figat unques in fundum & cunctetur, usque dum emoriatur membrum
atque semet separet citra difficultatem. Hoc est præceptum affirma-
tivum de Nidda. Quod si erraverunt judices, & statuerunt licitum ef-
se, ut semet e vestigio separet, rei sunt juveni ignorantie rei, quia
privatus reus est propter errorem commissum in hoc præcepto sacrifi-
cii fixi offerendi pro peccato.

MISCHNA V. *Annotatio* (1) *Non rei sunt propter perceptionem
vocis: conf. Levit V. v. 1. Quum peccaverit quispiam, audierit vo-*

ccm

cem blasphemie, cuius ipse testis sit, sive viderit, sive cognoverit; si non indicet, utique feret iniquitatem eius. (2) Propter facilitatem labiorum: conf. Levit. V. 4. 5. Quum quispiam juraverit effutendo labiis suis se male aut benefacturum, secundum omnia que effutire solet homo juramento, & abditum fuerit ab eo, deinde cognoverit se reum esse anius existis: Tumerit &c. (3.) Propter immunditiam sanctuarii: quando aliquis in immunditie ingressus fuit in sanctuarium. (4.) Et rerum sanctuarum: quando comedit quispiam sancta a se non comedenda. (5.) Et Princeps ipsis similis est, sc. synedrio & sacerdoti uncto.

MISCHNA VI. *Annotatio. Et in idolotria privatus princeps &c.* ratio petita est ec. XV. Levit. v. 2. ubi de sacrificio propter idololatriam offerendo dicitur: *Lex eadem esto vobis pro committente peccatum per errorem.*

MISCHNA VII. (1) *Annotatio. Reatum dubium quod attinet &c.* Reatus dubius contrahitur per peccatum, quod committitur in præcepta, quorum transgressio voluntaria excidio, involuntaria & erronea sacrificio offerendo pro peccato luitur; si non innotescat homini certò, quod erraverit. (2) *Reatus certus, sive sacrificium offerendum pro reatu certo:* Sunt quinque ejusmodi sacrificia, sacrificium reatus prævaricationis, rapinæ, nasirei, leprosi, & ancillæ despectæ.

ANNOTATIONES

in

CAPUT III.

MISCHNA III. *Annotatio (1.) Sicuti idiota: opponitur sacerdoti summo ceu sacerdos vulgaris.*

MISCHNA IV. *Annotatio (1.) Multiplicatus in vestibus: postquam in templo secundo occultata fuit ampulla olei unctionis, sacerdos summus initiatus fuit ad sacerdotium magnum vestitu octo vestium, quemadmodum scriptum est: Levit. XXI. v. 10. & consecravit ministerium suum, induat vestes illas &c. & talis summus sacerdos, qui non unctus est, sed tantum vestitu initiatus ad sacerdotium summum appellatur כַּנְרִיב מְרֻבָּה auctus vel multiplicatus vestibus. (2.) Et decimam ephæ: fuit hoc sacrificium Aharonis & filiorum eius. (4.)*

U 2

Qui

Qui abiit sacerdotio suo: quando v. g. macula fuit in ipso. (5.) Et non polluantur: est particip. Hithpael compositum *יִנְדָּבְנוּ*, *נ* ex anomalia fuit abjectum. (6. Neque discindunt: eo sc. modo, quo alii solent, conf. Levit. XXI. v. 10. Sacerdos autem ille, qui maximus est fratrum suorum, cuius capiti infusum est oleum illud unktionis, cum consecravit ministerium suum, induat vestes illas, caput suum ne retegito, & vestimenta sua ne discindito. (7.) Et restituunt occisorem: mortuo uno ex illis licebat occisori redire; conf. Num. XXXV. 25. remittent occisorem eum ad civitatem receptus sui, quo confugerat: in qua manebit usque ad mortem sacerdotis maximi, quem unxit Deus oleo sacro.

MISCHNA V. Annotatio. (1.) *discindit infra*: sensus est dirumpit alam vestimenti sui prope pedes, postquam mortuus fuit ipsi cuiuspiam cuius gratia rumpenda sunt vestes. (2.) *sed idiota supra*: sacerdos, qui non est summus, rumpit vestes in parte superiore, uti reliquus populus. (2.) *Lugens*: luctus is, qui fundatur in lege scripta, fit tantum in die mortis, h. e. quando mortuus est cuiuspiam aliquis, propter quem lugere tenetur, tum appellatur *לוגן* lugens illo tantum die, quo aliquis mortuus est. Quod si vero funus differatur, tum reliquo tempore est *לוגן* lugens ex lege Rabbiorum. Dicunt enim *יום מיתה לוגן* ut quis lugeat die mortis (cognati sui) id ex lege est; ut lugeat die sepultura, id ex traditione sapientum est. Quod si vero dies mortis & dies sepulturae unus idemque sit, tum eo die lugeat ex lege, & instante nocte lugeat ex traditione sapientum. (2.) *Omne quod magis iuge est &c.* Dixit scriptura; *praeter sacrificium holocausti matutinum, quod est in holocaustum iuge &c.* Exinde colligunt Rabbini, quod holocaustum iuge anteeat; imo colligunt, quod omne id quod magis iuge est quam alterum, anteeat alteri, quod tum etiam offerendum est.

MISCHNA VII. Annotatio (1.) *Vir praecedit foeminam*: Ratio est, quia viri omnia praeccepta in lege praescripta servare tenentur, atque adeo, si servant ea, gradu sanctitatis & meriti excedunt foeminas, quae tantum partem praecceptorum servare tenentur. (2.) *quae tegumentum sive ad tegendum*; quia pudor mulieris major est quam viri. (3.) *ad corrumpendum*: ad congressum & concubitum masculi.

MISCHNA

MISCHNA IIX. Annotatio. (1) Sciendum est, inquit Ram-
 bam. ad h.l. quod sapientes dixerint hæc: sapiens anteit Regi, & Rex sa-
 cerdoti summo, & Sacerdos summus Prophetæ, non absolute, sed certo
 respectu. Videlicet sapiens anteit Regi in fide; quippe utilitas ejus hac
 in parte major est, quam Regis. In opere vero nihil (quicquam præ-
 ferendum est Regis honori; quamvis etiam fuerit e plebe. Nam dici-
 tur: *omnino super te constitues Regem.* Et similiter sacerdos sum-
 mus anteit Prophetæ, quando ipsi est par in sapientia, sed quando ex-
 cellit alter alterum sapientia, tum sapiens anteit. Et ordo qui-
 dem in operibus se habet, prout tibi dicam: Sacerdos
 summus unctus oleo unctionis anteit sacerdoti summo mul-
 tis vestibus induto, & multis vestibus indutus anteit sacerdoti uncto,
 qui abiit officio & ministerio sacerdotali propter accidens (fluxum)
 suum; & summus sacerdos, qui abiit officio & ministerio sacerdotali
 propter accidens (fluxum seminis) suum, anteit sacerdoti summo qui
 abiit officio & ministerio sacerdotali ob maculam suam; & summus sa-
 cerdos qui abiit officio sacerdotali ob maculam suam anteit uncto
 belli, & sacerdos unctus belli antistiti, & antistes camerario, ca-
 merarius thesaurario, thesaurarius præfecto custodiæ, præfectus custo-
 diæ capiti familiæ paternæ, & caput familiæ paternæ sacerdoti com-
 muni, sacerdos communis Levitæ, & Levita Israeli, & Israel profa-
 no, quia filia profani inhabilis est sacerdotio, sed filia Israelis habilis
 est sacerdotio: & profanus anteit puero certæ matris sed incerti pa-
 tris; puer certæ matris sed incerti patris anteit expositio incerti patris
 & matris, expositio spurio, quia qua spurium manifestum est, sed qua
 alios, dubium est; & spurio anteit Netinæo, quia spurio est de semi-
 ne Israelis e gutta legitima; & Netinæus anteit profelyto, quia Neti-
 næus educatus est cum Israelita in sanctitate, id quod non fecit sic pro-
 felytus; & profelytus cui licuit ingredi Ecclesiam ilico, anteit Ægy-
 ptio & Ædumæo, Ægyptius & Ædumæus anteeunt Ammonitis & Moa-
 bitis, Ammonitæ & Moabitæ anteeunt servo manumisso, quia servus
 manumissus maledictus est ex eo, quod scriptum fuit in lege: ma-
 ledictus Canaan.

MAN.

TL 141 21

MANTISSA.

- I. Philosophia non contradicit Theologia.
 - II. Propositiones de futuro contingente sunt determinate vere vel false.
 - III. Non Samaritani, sed nostri Hebraei Characteres sunt primi.
 - IV. Nihil esse per se turpe aut honestum, sed omnia ex Lege positiva pendere, nemo poterit probare.
 - V. Semiramidem Nini conjugem non condidisse sed tantum destructam restaurasse, & splendore auxisse Babyloniam, non possumus non asserere, nisi Litera historia sacra contradicere velimus.
 - VI. Aves ex Terra sunt productae.
- c. 1. m. 3. insere est idololatria in lege, sed incurvans semet liber est. post liber est. It. res, vel post רבר. m. 4. גר או סאור post גר. m. 5. lin. 8. פרו utrobique post טביאין. c. II. lege העלם pro העלם. m. 5. טביאין pro טביאין. m. 6. insere: ex proaresi facta excidio; & post transgressio.



MANT

MAN



12

LIBRARY

OFFICE

1830

KCAR

Text

21

VERSION

M. CHI

GEORG

Die K

